

quid mora injicerem, dum urgeris praelo currente. Supersunt enim, et passim quidem quae et Typographi industriam et ipsum te correctorem menda fugisse secundis curis observaturus es. De saeculo satis sic te securum video, adeo vix ulla circumscriptione unus scapham plerumque scapham nominas. Tute videris. terra malos homines nunc educat et moroso ingenio. De autore vitaulij, quae totis modis interjecisti, ne attingere quidem audeo. nedum ut ad stipulari credas, Verbis, si me novi, a veritate perquam alienis, quibus tibi tamen agitare venam placuit, ut quid passes ibi maxime doceres ubi causa deficeret et argumentum, quae nostra nimirum isthac sacra tractantium facta ambituuncula est. Gallico sermone imperque vides lusi ad pulcherrimam Slavutam, incliti Ordini Laetitia magistrans. Adde et responsum elegantissimae mulieris statim ad me remissum, in quo si artem desideras, naturae genium amplecteris mea quidem sententia, multas laudes dignum. Hujusmodi nugis si te capi sentiam, penum offero quo vel caninae fames satietur. Vale vir, amice et has chartulas ubi perspexeris quae ad me redire si iuvo. Hagae vs. Gal. Mart. CXCCLIV.

Westerbanio.

Tuus &c.

(1489)

De Penn Gallico quod receperam, vir Nobilissimo plus quam bona fide praesto: vix est enim ut bonam dixeris, quae tam immensa te mole malarum mercium obruit. Voluisti hoc tamen, neque nunc gravaberis idem hoc audire quo se in campis Amathij's erga Cives suos Caesar excusavit. Schedas hasce, quas soli tibi legendas exhiberi meministe te velim lectas aut non lectas, propediem domum expectabo, ut eo in carcere recordantur, unde neque exprimi merebantur, nisi tu cum Cive Romano hoc voluisses. Vale et me ama. Hagae Com. Postrid. id. Mart. 1654.

De Ribesio per amicitiam traditis probis et fertilibus, procul dubio, ut tua solent, gratias ago steriles et non probas, ut ipse solet. Tu quidem vit humanissime illa fidelia duos dealbasti, A bit enim Antwerpian munus tuum, ad amicos istatum rerum apprimè studiosos.

Westerbanio